

409. Breviter, ad hujusmodi subiles artutias securè judicandas, & latentes usurae radicem deprehendendas, optima regula est, si illud, quod in hujusmodi modis & pacitis cambiendi per virtuales & implicatos rerum concepsus involvitur, in explicito resolvatur: tunc enim si apparet, quod in rei veritate idem sit, acsi Petrus promitteret Ioanni solutionem sortis Romæ, cum duplice lucro cambi, ut contratus manifestetur artus, v. g. si idem sit, acsi Petrus Romæ accipiens 1000, a Ioanne, divisa eadem loanii explicitè, & sine ambiguis. Ego quidem Placentia (quatuor cambiis dirigit, nec aliter vis dare pecunias), non habeo pecunias quibus solvam, sed tam tempore prefixo obligabo me tibi de novo ad solvendum, hoc debitus Roma cum lucro secundi cambi. Hoc inquam est cambium omnium iudicio usuraria. Tale autem est, de quo ultimo, sicut actum in praecedentibus.

410. Ex hacce disputant tandem conclusimus, Recampanum seu Cambium, cum recurso simpliciter, absolutè ac univerisaliter non esse improbadum. Cuius, prætationes alias, solida probatio sumi potest ex declaratione Congregationis sub Gregorio XIII. cum enim (inquit Lugo) Archiepiscopus Panormitanus consuluerit Pontificis, an cambium recurso prohibitum fuisset. Bulla Pii V. de Cambiis (quam paulò post referat) in qua multa cambia declarantur esse licita, recensum fuit 1574. à Congregatione in haec verba. Congregatio S. D. N. confitit, hujusmodi cambium littera Pii V. scilicet, minime comprehendendi.

411. Declarauit deinde breviter hac partite. Potest negotiator aliqui petenti mutuū annegare quidem mutuum (nam dare mutuum est beneficium, ad quod nemo tenet) sed offerre illi suas merces premio summo iusto, & quidem credito: quo facto habet emporum potest alienas vendendas, & sic habebit pecunias quibus indiget, & quas ostendit mutuū: quod si non possit invenire emporum, potest se negotiator offerre ad easdem merces, sed minore pretio, iustissimo remandas patet pecunia, & sic non ex mutuo, sed ex contractu emporum habebit lucrum, atque sic se habet Campor quando cambit cum usufructu: dat enim suas pecunias Roma, ut solvuntur Placentia cum latere cambiis, sed quia ibi non inventi Campiariorum pecunias, accipit ab eodem campore novas pecunias, & solvit, sed quia illa item sunt date ad cambium Roma, solvendum, sicut, si prius cambium unquam præcesseret de novo lactato.

Patetur ratiōne Lugo, cum Leslie, Fillincio & alijs, quod propter periculum mutui & usura palliat, & intentionis occulte è deducēdī campiariorum, ut obligetur solvere in eodem loco cum lucro, meretracta hoc cambium prohiberi.

CON-

lege positivā, & consilendum esset Campioribus, ut ab eo abstinerent. Nunc solvenda sunt objecções eorum, qui hoc cambium putant jure natura esse illicitum.

Objiciunt ergo. 1. Ubi nulla intervenit pecunia campiarum, sed solius campiorum, non servatur natura cambiis, sed in recipiente non intervenit alia pecunia quam campiorum. Ergo non est cambium: Sed tandem resolvitur in matutino Roma datum, & ibidem cum duplice lucro solvendum absque ullo rigore excusante ab usura, & justificante illud lucrum. 2. Facile negando minorum: quia Placentia transferit pecunia Campiorum in dominium campiarum, hoc ipso qui datur illi ad cambium Roma solvendum. Ergo dum illa utitur campiarum ad extinguendum primum cambium, sua pecunia uitatur.

Objiciunt 2. Hujusmodi ambages adhibentur ad palliandam mutui usuram solvendum in eodem loco: quia Campiarum plerunque non intelligit has subtilitates, sed concepit obligationem solvendi forte cum lucro in eodem loco post aliquot menses. Ex hac objectione patet, verum esse quod supra dixi, adversarios non impugnare cambium ex modo & sincerā intentione factus quod à Doctribus defenditur. Supponendum enim diximus, quod omnia ab ipso solo, ferio, & in veritate gerantur, ut dictum est, eis necessaria. Nequid videtur est, Campiarum hoc ignorare communiter, informantur enim à Campioribus.

Objiciunt 3. Petrus, non minus quam si Roma mihi accepisset, tandem cogitat Roma solvere cum lucro cambiis, hoc ipso, quia leit, se Placentia nihil habere, adeoque litteratum intervenerit esse meram ceremoniam. Quod Petrus in effectu idem damnatur patiatur, quod pateretur, si ex mutuo solvetur usuras, non provenient ex natura contractus, sed ex egestate & necessitate Petri, sicut in calo empionis quod cogatur merces summo pretio amptas, iterum vendere pretio infimo, provenit ex egestate & defectu emporum. Fallit est præterea, quod Petrus à campiore cogatur ad recambium, est enim illi liberum, quoconque alio modo extinguebit debitos Roma contractum Placentiae: quodsi vero ex aliorum mediorum defectu nulli ocurrat ad recambium, impensis obviis obiret sua fortuna.

412. In eam pro nostro Pastorali officio curam diligenter incumbimus, ut D. N. oibis opportuna pro animalium salute remedia adhibere minime differamus. Cùm itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum cambiorum usum, quem necessitas publica que utilitas induxit, sepè numerico ob illici quæstus cupiditatec si depravari, ut sub illis prætextu usuraria pravitas a nonnullis exercetur, nos petitionibus quae super his nuper facta sunt, hac perperu valitudo decretaei respondendum esse duxiimus, ut neque dolosus tua frus suffragetur, neque ignatos perdat infictio: sic enim Pastoris officium exequimur, dum gregem nobis communissim ab æternis damnationis periculo eripere modis omnibus studemus.

Primum, ergo damnamus ex omnia cambia,

Contr. VII. De conditionib. requisit in Bulla Pii V.

CONTROVERSIA VII.

Quenam Conditiones in Cambiis observanda ex Bulla Pii V.

SUMMARIUM.

R Efectus Bulla Pii V. coeteris Cambiorum abusum. 412.

Conditiones in Bulla requisite. 413.

An ubi Bulla est recepta, pactum de determinato interest? si illicium in conscientia, etiam fecit omni fraude. 414.

An Campor restituere teneatur, quod ex tali pacto accepit. eod.

An si contra Ballam, dare cambium ad remotores nundinas, non plus tamen exigendo, quam exigatur ad proximas. 415.

Revolvitur Casus propositus P. Molina à Campore iuvante conscientia. 417.

An prohibiti sunt dilatio, quod Campiarus prior dat pecunias, ut eas recipiat in remotoribus nundinis. 418.

Quomodo sint intelligenda verba Bullæ: esse rationem habendam longinquitatis, &c. 419.

412. D UX Bullæ, præter illam ad Bononienses Mercatores, (de qua supradicta mentio facta est) emittunt, abulum Campiorum coercentes, quarum prior est Pii V. qui incipit. Cùm sicut quæ concernebat Campiores tunc delinquentes, in quos penas statuit. Altera est Pii V. quæ deinceps observatur, & à Theologis ponderatur, & sic habet.

In eam pro nostro Pastorali officio curam diligenter incumbimus, ut D. N. oibis opportuna pro animalium salute remedia adhibere minime differamus. Cùm itaque ad aures nostras pervenerit, legitimum cambiorum usum, quem necessitas publica que utilitas induxit, sepè numero ob illici quæstus cupiditatec si depravari, ut sub illis prætextu usuraria pravitas a nonnullis exercetur, nos petitionibus quae super his nuper facta sunt, hac perperu valitudo decretaei respondendum esse duxiimus, ut neque dolosus tua frus suffragetur, neque ignatos perdat infictio: sic enim Pastoris officium exequimur, dum gregem nobis communissim ab æternis damnationis periculo eripere modis omnibus studemus.

Secunda conditio est, ne fiat pactum de certe & determinato interest, etiam in eventu quo fors solute non fuerit. Quæ conditio non est de lute natura requista. Nam, ut supra dictum est, ob periculum damni emergentis, aut lucrī celiantis incertit, potest à contrahentibus certum aliquid pro incerto constituti solvendum, modò fiat intra illos terminos, ut moraliter illud periculum tantum efficiatur. Quia tamen licentia sic pacificandi non caret periculo committendi frumentum in constitudo excessu, merito improbari à Pontifice. Non prohibetur tamen pactum de intereste incerto, ut per se patet: non enim potest conqueri Campiarum, si teneatur solvere

dantes & recipientes usque à principio ita conveniant, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis aut locis supra dictis hujusmodi litteris receptis solutionem faciat: cui malo simile etiam illud est, cum pecunia sive depositi, sive alio nomine ficti cambi traduntur, ut postea eodem in loco vel alibi cum lucro restituantur. Sed & in ipsis cambiis quæ realia appetunt, interdum, ut ad nos prefertur, Campiores præstitutum solutionis terminum lucrum ex tacita vel expressa conventione recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quæ omnia non usuraria esse declaramus, & ne fiant distractiūs prohibemus.

Portò, ad tollenda quoque in cambiis, quantum cum Deo possimus, occasiones peccandi, fraudesque sceleratorum, flattimus, ne deinceps quisquam audet, sive à principio, sive alias certum & determinatum interest, etiam in casum non solutionis pacisci, neque realia cambia aliter, quam pro primis nundinis, ubi illa celebrentur, ubi vero non celebrantur, pro primis terminis, juxta receptum locorum usum exercere, abuso illo prioris rejecto, cambia pro fecundis, & deinceps nundinis, sive terminis exercendi: curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, medium longores præfiguntur, quād loca definitae solutionis desiderant, teneantur datur occasio.

Quicunque contra hanc nostram constitutionem commiserit, penititio Sacris Canonibus usurariis inflictis se noverit subjacere. Eos vetit, qui conspirationes fecerint, vel congregant undique pecuniam ita ad se redegerint, ut quasi monopoliū pecunia facere videantur, penititio que à Jure contra exercentes monoplia constituite sunt, teneri sancimus. Volumus autem, &c.] Est editio Anno 1571. Putat autem Lessius cap. 23. dub. 11. & Salas dub. 26. hanc Bullam paucis in locis, & forte nusquam, saltē quoad omnes conditions, receptam esse.

413. In haec Bulla conditio quæ primo loco requiritur, est manifeste de lute natura, quia est usura, exigere aliquid ultra sortem prædicta propter termini dilationem.

Secunda conditio est, ne fiat pactum de certe & determinato interest, etiam in eventu quo fors solute non fuerit. Quæ conditio non est de lute natura requista. Nam, ut supra dictum est, ob periculum damni emergentis, aut lucrī celiantis incertit, potest à contrahentibus certum aliquid pro incerto constituti solvendum, modò fiat intra illos terminos, ut moraliter illud periculum tantum efficiatur. Quia tamen licentia sic pacificandi non caret periculo committendi frumentum in constitudo excessu, merito improbari à Pontifice. Non prohibetur tamen pactum de intereste incerto, ut per se patet: non enim potest conqueri Campiarum, si teneatur solvere

danunum,

Christ. Haun. de Iust. Tom. IV.

dannum, quod Campfor ex ipsis mora in solvendo incurrit.

414. DUBITATUR 1. Utrum, ubi Bulla est recepta, tale pactum sit illicitum in conscientia, quando pacientibus confitatur, se nullam fraudem committere, & taxacionem esse proportionatam periculo incurriendi damnum, aut perdendi lucrum. Negant Navarus, Valentia, Molina. Sed ex falso principio, jam aliquoties scripta reprobata, quasi hujusmodi leges fundentur in particulari presumptione fraudis; non enim fundantur in fraude, quae forte abesse potest, sed in certo periculo futurum frequentium fraudum, si esset licitum contrahentibus tali pactum tunc quando ipsi existimat, nullam subesse fraudem: ex hac enim avaritia, ut magis apparet periculum, quam revera sit.

415. DUBITATUR 2. An tale pactum adjectum sit iritatum, ita ut Campfor si quid illius intuitu accepit, illud restituere teneatur. Affirmat Rebellus. Communio tamen sententia negat, quia verba Pontificis non significant irritationem. Solumenim dicit: ne deinceps quisquam audias. Ita Lessius, Lugo, Palao, & alii. Sed Rebelli sententia videatur intentione Pontificis conformior, si conferatur huc Bulla cum Bulla de Cenibus, ubi causa obnoxia usure non solùm illicta, sed profus in invalidum reddit, utique in ordinem usura: qua ratio etiam in pactis cambiis urget: præterim cum Pontifex dicat in Bulla, quod qui contraveniunt, penas in usuariis latas incurvant, nec appetat ulla ratiō, cur minore rigore voluerit ut contra usuarios Campfor.

416. Tertia conditio requirita est, ne cambia realia alteri, quam ad proximas nundinas, ubi nundinae sunt, ubi vero non sunt, ad terminos primos juxta receptum locorum usum exercantur. Quia conditio intelligenda est de proximis nundinas, ita tam adhuc alios, ut sufficiat tempus ad expediendas litteras necessarias ad solutionem præfandam, alioquin non illæ nundinas, sed illæ proxime essent intelligenda.

417. DUBITATUR tamen 1. An possit absque Bulla transgressione Campfor dare, ad cambium ad remittentes nundinas, dummodo non plus exigere pro lucro, quam quod exigere posset ad proximas nundinas. Affirmat Molina, Navarus, Lessius, Salas, Palao, & alii. Quia in tali extensione termini solutionis, potius fieri beneficium Campfor, quam ut ellet periculum usure. Nihilominus Rebellus, & Lugo subtilius distingunt, nempe quando lucrum est à lege taxatum, tunc affirmant id licere: quia sic non est ullum periculum usura. Si vero non est taxatum à lege, sed relinquitur taxandum ipsi campforibus, tunc Lugo iterum distinguit, si enim campfor differens ad remittentes nundinas plus non exigat, quam quod ab aliis exigi solet, & facile obtineri ad proximas nundinas, tunc licet, secūs non licet, quia subest periculum a-

liquid amplius petendi intuitu solius dilationis quod est usurarium.

418. Occasionem hujus resolvit P. Molina casum sibi propositum à camplo timorat conscientia. Scias (in quebat Campfor) instrumentum quo mercatores negotiarum, ac lucratur, esse pecuniam, & quod plus pecunia habemus, eo nos plus negotiatori ac lucrari. Hinc efficitur, ut quod plus distant proxime nundinas ad aliquem locum, eo plures mercatores, & majori cum incremento accipiunt cambia ad nundinas ejus loci, & ut, quod minus distant, eo pauciores mercatores, minorique cum incremento cambia ad eum locum velut: quare si nundinae à principio distent per quatuor menses, tunc regulariter forum cambii ad eas nundinas auctius est, quam elapsio uno mense, & auctius elapsio uno solo mense, quam si duò sint: iam elapsi, & ita quod minus est tempus ad eas nundinas, eo regulariter minor cum incremento datur, & accipitur cambium in communione eorum foro: quod non aliud est ortum habet, nisi quia, quo plus differtur solutione cambii, eo plus incrementi datur, & accipitur pro cambio, propter magis mercatorum lucrum, ex ea dilatione, & quod minus differtur solutione, eo minus datur, propter minus mercatorum lucrum. Erine fas, quando plus distant proxime nundinas, accipere totum id incrementum, quod tunc habet commune forum cambii: an vero abstinendum erit ab illo incremento tanquam ab usura, utpote accepto pro longiore dilatione solutionis? Quidam abstinendum est, nam nullus erit, qui concedere tunc velit cambium. Si autem timorati abstineant ab eo cambio concedendo, tunc soli parvum timorati est viā lucrabitur. Et, cum eo plus accrescat Cambii incrementum, quod pauciores sunt, qui ad cambium dent, & plures qui cambium exigant, id non solùm cederet in timoratore detrimentum, sed etiam in damnum Reipublice, coramque qui ad cambium pertinet. Ad hunc casum: Respondit P. Molina, abstinendum non esse à cambio illo juxta commune tunc pretium in foro cambii ad eum locum. Copia enim tunc poterit solutionem cambii, auger pretium illud, si non præcisè ratione transportationis, certe simul ex alio aut aliis capitibus: elseque illud tunc commune pretium in foro publico cambiorum, multum facit, ut censendum sit iustum pretium.

419. DUBITATUR 2. Utrum hoc procedat etiam in cambio, quo campforius prior dat pecunias, ut eas recipiat in remittentibus nundinas, an inquam, & hæc dilatio sit prohibita. *u.* Negativè, quia non prolongatur terminus amore lucri usurarii, prohibito autem solùm sit ad impediendum hujusmodi lucrum usurarium. Simili modo probabiliter docent aliqui, non fore contra secundam conditionem, si a favore Campfori adiceretur paucum de interesse determinato taxando quantitatem, ul-

CONTROVERSIA VIII.

Circa Bancarios, seu Nummularios.

SUMMARIUM.

*Q*uali sit Negotiatio Bancariorum, & quomodo differant à Depositariis. 420.

Quoniam peccant graviter exponendo acceptas pecunias. 421.

An deponentes tenentur ad aliquod salarium. 422.

An Bancarius possit obligari ad aliquod proper com-modo depositionis. 423.

420. Inter personas cambiis operam impen-dentes sunt illi, qui vocantur Bancarii, Italici Banchieri. Horum negotiatio, seu lucran-ti studium est hujusmodi. Recipiunt aliorum v.g. qui in nundinis negotiari cogitant, pecunias quasi in Depositum seu custodiā, ad quod mu-nus exercendum admittuntur à Republica, datis prius fiduciis idoneis, aut alia cautione legiūmā. Non sunt ramen propriè dicti Depositarii, nam res deposita, si sine culpa Depositarii perit, pericolo deponentis perit: at vero pecunia apud Bancarios deposita, perit damno Bancarii. Ceterum, sicut Depositarii tenentur reddere deponentes, quandocumque popoforit. Interea tamen, antequam repetatur, cum illa pecunia negotiatio, dando ad cambium, vel alio modo. Porro, tunc obligati solvere illis, quibus solvi volunt deponentes, unde conficiunt rationes dati, & accepti. Iti Bancarii in quibusdam locis tan-tum lucrum habent, præcise ex potestate negotiandi cum pecuniis depositis, ut pro suo labore predicto nihil penitus exigant, immo beneficii lo-co habeant, pecunias apud se deponi. Differunt insuper in ea depositariis, quod sicut veri Domini pecunia deposita, & ideo melius dicuntur Mutuarii precarii, hoc est, obligati refundere eandem quantitatem, cum deponens petie-tit.

421. Circa hos Bancarios advertunt Theologi, illos peccare graviter, si pecuniam depositam ad suas negotiations exponant cum propinquio pericolo non habendi suo tempore, quando scilicet a deponentibus exigitur, unde satiscant: teneanturque ad refaciendum da-mnum emergens & lucrum cessans. Ratio est, quia agunt contra pactum, & suam obligationem ex iustitia, vel certe exponunt se periculo proxi-mo ladendi lus deponentum.

422. DUBITATUR 1. An quando ex pecuniis depositis lucrantur bancarii, nibilominus ob laborem præsumit & periculum in se receptum, teneantur deponentes ad solven-tum aliquod salarium, etiam si bancarii non existant. Affirmat Navarus. Negant verius Molina & Lugo, quia Navari fundamentum facilè solvit: ergo non est, cur deponentibus fiat

Scrupulus. Antecedens probatur solvendo, immo resorquo argumentum Navari, & est h. c. Qui dicit alteri pecuniam mutuum, non potest fine labore usura plus repetere à mutuaria, quam forem; qui si depositum pecuniam apud bancarium (quod depositio est mutuum, quia transfruerit dominium in bancarium) possit repetere pecuniam, absque solutione laboris & periculi, quod tamen est pretio estimabile, jam repetere aliquid ultra forem: ergo committetur siluram. Hoc, inquam, argumentum resorquerat. Si enim hac depositio est mutuum: ergo debent in eo servari leges, que in aliis mutuis servantur. qui illis mutuariis nihil solvitur à mutuante, seu melius, nihil remittitur de lente, ex eo capite, quod mutuarius in se recipiat periculum pecuniae, que si perit, ipsi mutuarii perire: item quod debet annate accipere, & redditum. &c. cuius ratio est, quia haec omnia sunt non in commode mutuantis, sed mutuarii. ergo cum bancario querant ex talibus depositis pecunii lucrum, per negotiacionem, & habeant gratum, pecunias apud se depositas, & dominium in se transferri, utpote suo conmodo: non tenebit deponens aliquid solvere pro labore & periculo. Ergo potest deponens nolle emere a bancario illum laborem, sed habere liberam potestarem totum depositum repetendam: quodsi bancarius nolit, erunt alii qui volunt.

Quodsi tamen bancarii spes lucrandi esset modica & incerta valde, & depositis potius ordinatur in commodum deponentes, tunc locum haberet sententia Navatri, quod eth Lugo non exprimit, Molina tamen clare agnoscit, & exemplo declarat. Quando duo contrahentes reciprocè indigent, v.g. alter reductione equi in aliquem locum, & alter equi conductione in eundem locum, potest uniusquisque corum nolle celebrare contractum, nisi cum qui in commodum alterius cedit, acciperipere ea de causa competens premium, esto contractus ille habeat conjunctum suum aliud commodum magnum: ita in re propria dictendum est: posse imprimitur Bancarius non aliter velle suscipere pecunias aliorum in sua taberna, nisi sibi solvant effectus custodire illius pecunie, & insuper nisi sibi solvant ministeria alia, que in bonus illorum est praestitutus; non obstante, quod depositum illud conjunctum habeat commodum negotiorum: ergo bancarius poterit licet facere pacium & conventionem de solvendo sibi salario. Econtra possunt etiam mercatores seu qui pecunias deponere volunt, attento commodo bancarii nolle alteri celebrare contractum mutui, quam illam qui in commodum mutuatarii cedit, & nolle ad quidquam teneri: ergo bancarius in talen contractis consentit, nihil illi debet deponens. Quodsi à partibus contractibus non exprimeretur facis aperte, qualiter voluer-

CONTROVERSIA IX.

Residua dubia de Cambiis.

S U M M A R I U M.

- A**n possit Campsor addere pactum de faciendo re-cambio. 424.

An in Recambio licito possit aut debeat lucrum pri-mi Cambii augere capitale respectu recambii. 425.

An tenetor Campsor solutionem sortis acceptare, non soluto Cambiorum interesse. 426.

Consideratio Lugonis circa solutionem sortis ante in-teresse. 427.

Quid confundem de conseruidine mercatorum, quā singulis centenariis scutis debetur veritas per scuti secundum monetam de qua solvitur cambium. 428.

Cur operariis: solvatur merces equalis pro laboribus in qualibus. 429.

Necepit Campsor negans alicui cambium ad locum vicinum, ut inducat ad locum remotorem cum majori lucro. 430.

424. DUBITATUR i. An possit cam-pis ultra iustum premium cambii de-du-

Accerte in pactum, ut casu quo campiaris debito loco & tempore non solverit, teneatur eandem summam ad recambium hujusque novum iurum accipere.

Affirmat Diana Resol. 5, citans Scottiam in Bull. Pont. Epis. 107. Theor. 289. Rectius tamquam Filiius, Lessius, Salas, Lugo, negant hoc iure, nisi per te pactum compensetur aliquod damnum emergens aut lucrum cessans. Et Lugo ad longum ostendit, Scottia mentem non esse diversam à nostra sententia. videturque res esse clara, quia ut ex suprà dictis constat, non potest campfote ultra suum capitale & pretium cambii aliquid amplius gravans campiarium eligere: ergo nec in pactum deducere, ita ut hac obligatio sit pars pretii prioris cambii: Quod si campiarium sponte ad hoc obligaret, ut hic faciliter cambium obtinetur, non est, cur non possit à campfote acceptari.

425. DUBITATUR 2. Utrum in
recambio licito possit aut debetur lucrum primi
cambiis angere capitale, ita ut illi etiam pars lu-
cru ex reciprobo solvendi respondeat. Aliqui
negant, aliqui affirmant: quos conciliat Lugo-
n. 123, hoc modo. Aliquando ex pacto prae-
cedente lucra cambii & provisio[n]es non debentur
nisi finito toto cambio, & extincto toto debito,
& tunc non possunt illa lucra intermedia in so-
cetem adiicari ad recambium, cum nondum eorum
solutio debetur. Quando verò lucra &
provisio[n]es debentur in fine primi cambi, verius
est, quod possint ad recambium dati, sicut & ip-
sum capitale, quia jam tunc haec non minus sol-
venda erant quam capitale: quare potest tecum
cambio iniici, cuius capitalis haec omnia
complectatur, si campatus ita velit. Poterit
etiam ab initio id in pactum deduci sicut de capi-
tali, si ita fiat titulo lucri cessantis, vel danni
emergentis.

426. DUBITATUR 3. An teneatur camporum solutionem fortis acceptare, non soluto cambiorum inter esse. Affirmavit docuerunt aliqui innominati apud Salas dub. 23. Communis aliorum doctrina est negativa (excepto Lugone, ut jam referam) quia sententiam etiam tenet Castro Palao puncto 13, sed nondatus est ibi error: nam in Summaria sic habet. *Affirmative responderetur.* & tamen potest in ipso corpore respondere negativè. Auctores ahius refert Diana resol. 12. dicens, hanc esse consuetudinem camporum: & iustam, quia fundatur in 4. l. C. de solut. & legi 21. C. de Urvis, in quibus habetur, quod quando duo sunt debitis subordinatis, ita ut unum oritur ex alio, sanquam ex radice, prius solvendi sint fructus, quam radix, atque ita prius solvendi sint redditus censu aliquius, quam censu ipse redimatur, prius etiam pro urvis, quam pro forte. Leges hec diiam scripta de Maura, sed ictum sunt exhibea

dæ ob ea quæ dicenda sunt. Prior ex sic habet
[In potestate ejus est, qui ex pluribus contrahit
bus debet, tempora solutio nominis exprimere, in quæ
causam reddat. Quod si debitor id non fecit,
convertitur eleclio ad eum, qui accepit: si ne
ter voluntatem suam expressi, prius in usuras,
quod solvuntur, deinde in forent accepto fertur.
Secunda sic. Si usuras prestat, pignore dato
conveniat, & in continentia numeracione facta
postea, vel ante, propter quod debitorum solu
nem feceras, non designati. habuit creditor in
usuras tibi accepto i rende solute quantitas fa
cultatem.] Ego non aslequo, quæ ratione ex
his legibus possit inferri intentum communis
sententia, nisi forte per argumentum a contrario
senfus: nempe quia in his legibus datur potestas
eligendi debitorum tunc, quando debita haberet di
versa ex diversis causis: ergo quando non sunt
causa diverse, non habebat talen electionem, sed
potius creditor habebit.

potius cleanor habeant.
427. Card. de Lugo ait, se non videtur, lo-
quendo ex natura rei, & scilicet pacto implicito
vel explicito contrahtimentum, cur non posset debitor
solvere pro forte antequam solvat intereste.
Et imprimis, inquit, leges adducta expref-
se loquuntur in causa quo debitor non explicavit
suam intentionem circa unum, vel alienum de-
bitum extinguendum. Unde postea in contrahimen-
to sensu indicare videtur, aliter dicendum es-
se, si debitor suam intentionem explicasset fol-
vendi pro forte, & non pro fructibus vel utilitatibus
prius enim generaliter regulam statuunt, quoniam
debitor eligere potest debitum, quod solvit: pos-
tula vero additum: si nihil explicuit, intelligi so-
lutum pro fructibus, & non pro forte. Haec est
Lugo. Sed non videtur advertisse, quod leges
statuentes hanc regulam, loquuntur expressè,
quando debita sunt diversae in diversis contra-
ctibus: atque fors & interesse cambii ex eodem
contractu debentur: unde AA. argumentum du-
cunt à contrario sensu pro te.

Deinde (pergit Lugo) etiam si in sensibus,
& similibus non possit debitor cogere credito-
rem ad acceptandam solutionem pro capitali
non solitus fructibus, vel redditibus decursis, non
debet idem dici in Cambii solutione. Pro-
quo

Advertit, aliam esse regulam generalem, quando debitor duo debita eidem creditorib[us] debet, quorum unius terminus advenit solutione & non alterius, solutionem intelligi factam p[ro]mit debiti, non secundi, ut constat ex leg[e] ceteram, s. f[ac]tis solutionibus, que tamen lege interligatur, debent illi adjung[er]e duas leges precedentes, & sic habent. Permittitur ergo creditori constitueri id quod velit solutionem: dummodo sic constituerit, ut in resua constituerit, sed non constituerit in res senti, hoc est, statim ac solutione sibi. 1. 2. Dum in agenda hoc fieri, ut vel creditori libet finis accipere, vel debitoris non daret, si alio nomine excusat.

quis eorum vellet. l. 3. Ceterum, postea non permittitur. Hac res efficiet, ut in diuiniorem causam semper videatur sibi debere accepto ferre, ita enim & in suo constitueret nomine. Quodsi fortè a neuro dictum sit, in his quidem nominibus, que diem vel conditio nem habuerint, id videtur solutum, cuius dies re-

mit. Pergit Lugo. [Ratio autem esse potest, quia id quod debetur in diem futurum, vel sub conditione adhuc non impleta, nondum videatur completi deberi: quare creditor cogere potest debitorem ad solvendum id quod jam debet, antequam alias expensas liberas faciat; nullam enim habet excusationem non solvendi quod debet ille, qui liberè vult pecunias suas in rebus non necessariis insumere. Unde qui censu redimibilem v. g. vult extingui, cogi potest ad solvendos redditus decursos quos jam debet, antequam censum extinguit, quæ extinguo non est illo modo debita, sed libera: idemque dici posset de eo, qui sub usuis licitis mutuum accepit, non assignato termino solvenda fortis, vel falso nondum adveniente tali termino, tunc enim debet quidem solvere usuras, quæ am sunt debitis, antequam solvat formam, quam adhuc non debet. At verò in cambiis alter dicendum est, in quo idem terminus statuit ex contractu reddendi capitale, & lucrum in loco & tempore designato: quare adveniente termino solutionis cambiis, & reddendi Placentia pecuniam Romam acceptam, non minus debet jam campstati capitale, quām lucrum: & ideo ut solvat capitale debitum & cambium primum compleat, accipit Placentia pecunias ad secundum cambium. NB. Potest ergo debitor solvere ibi primò capitale quod jam debet, & manere debitor lucri.] Ita Lugo, cuius ultimam consequiam non aequaliter. Non inquam est bona hac consequentia. Debitor potest cogi ad solvendum prius debitum jam cessum, quām debitum non cessum: ergo quando utramque debitum est cessum, non potest cogi ad solvendum utrumque, sed est illi liberum unum solvere & manere debitorum alterius. Nego consequiam, & potius cum communī sententia infero: ergo potest cogi ad solvendum utrumque, vel certè est liberum creditorū repudiare solutionem unius fine altero.

Cum ergo ipse Lugo fateatur, campstati jam teneri ad capitale & ad interesse seu lucrum, vera est communis sententia, non teneri campstati acceptate solutionem capitalis sine solutione lucri. & est fācē hoc aequalissimum, quia factum est in iudicio conquefi utrumque tantum unum ad eum debitum ex uno contractu, quām, si ex parte sit facta solutio, consequi deinde interesse seorsim, quod ipse Lugo in terminis fatetur n. 106.

428. DUBITATUR 4. Quid censendum de consuetudine inveterata & imme-

morabili (teste Bonsignio c. 7.) mercatorum, quā pro singulis centenariis scutis debetur tercia pars secundum monetam de qua solvitur cambium: & hunc usum air Scaccia §. 3. quil. 3. n. 11. servari in Italia, & servandum esse apud omnes, qui contrahunt in nundinis quas Genueses celebrant in civitate Placentia: quam questionem tractat Diana Resol. 7. Esse justum affirmant apud eundem aliqui ex fundamento, quia in taxanda iustitia & quantitate hujusmodi lucrorum & provisione, merito pro regulari habetur communis Mercatorum usus, qui per longam experientiam edocuntur, quantum necessitatis sit exigere, ut in republica semper haberi possint & habeantur, qui munus cambii exercant.

Contrarium tamen tenent alii, quos sequitur Malerus: qui tenent non posse aqualem quantitatem exigiri in recambis, quæ in primo cambio, ob maiorem facilitatem recambiendi. Ad hoc tamen commode respondet P. Diana, consuetudinem, habentem vim legis circa provisiones cambiorum, non confiderat magnitudinem seu parvitetem laboris in unoquoque genere cambii, & in casibus particularibus, sed in universum, (prout in simili etiam respondit Navar. cons. 31. de usuis) & ideo constituisse pretium pro quovis labore in genere. Deinde licet campstos in recambis non ita laborent ut in cambiis realibus, tamen ipsi labore vellente in dictis cambiis realibus & sumere provisiones, & defacte laborarent, si Campstati solverent pecuniam, ut opus non esset recambio: nam illam darent ad cambia realia, ex quibus provisiones fumerent, ergo etiam in recambis provisiones integrae illis debentur, quia ex culpa Campstati provenit, ut Campstos in cambiis realibus dictas provisiones integras non recipiant: nam si statuto tempore pecuniam solverent, illam ad cambium reale alteri darent, & inde provisionem acciperent. Vno verbo, accipiunt eas integras titulo lucri cessantes. Unde Lefsius n. 84. Salas dub. 22. n. 3. & alii absolute docent, in continuationibus cambiorum posse Campstos sumere consuetas provisiones ratione lucri cessantes.

Porr̄ ob eandem rationem, sicut non obstat in qualitas laborum, ita non obstat in qualitas periculorum: nam ut bene dicitur Scaccia l. c. n. 12. Lex conscientia debet esse de mortaliter possibili, sed est impossibile cognoscere minutissimas & quantitates periculi, cum quia periculum est in incerto eventu rei, & ideo potest contingere, ut ubi maius appareat, evanescat, & ubi minus, ibi succedat: tum quia circa rerum eventus varias habent opiniones, & inquali tenentur timore. Quare si lex positiva, vel consuetudo (ut est casu nostro in veterata, & immemorabilis) unum aequalē statuerit pretium, illud

illud erit tutum: etiam in foto interiori, alias magna conscientiarum confusio, & perplexitas posteriori.

429. Posset hoc declarari à simili. Nam videmus opificibus quibusdam, v. g. murariis, & fabris lignariis aequalē profus mercedem diurnam solvi per totam provinciam, etiam corundem labores sint sapè valde inaequales, tum ex laborandi diversitate & majori vel minori fatigacione, unde etiam inaequalē indigent refectione (quam tamē ex sua mercede procurare debent) tum ob valde magnam periculorum diversitatem, dum sapè finē ullo periculo laberant, sapè cum manifesto aliquo periculo laberant, & frangendi crura & collum, & tamen nemo eorum conqueritur de mercedis equalitate, neque quia reipublice est incommunicabile, si ob hujusmodi circumstantias essent variandas mercedes in operatis quotidie necessariis: aqui hæc ratio etiam potest procedere in campstoriis.

430. DUBITATUR 5. An peccet campstos negans alicui cambium ad locum vicinum (ad quem solet cambium cum minore lucro dari) ut campstati inducat & necessitatē accipere ad locum remotorem, ut sic majus sit lucrum. 1. Si campstos ex officio cambium exercet, ad hoc à republica constitutus, non est illi licitum, dummodo in loco vicino habeat campstos paratas pecunias ad satisfaciendum campstario, à quo pecunias prius accepit. Ratio est, quia in hunc finem est à Repub. constitutus, ut per ipsum consulatur etiam illis, qui indigent ad locum vicinorem. 2. Si campstos sponte & voluntarii per se exercet cambiorum negotiationem, non peccabit contra iustitiam, quia cum non reatuat ad cambium, potest illud omnino negare. Ergo etiam nolle nisi ad certum locum sibi gratum dare.

CAPUT IV.

DE

LOCATIONE ET CONDUCTIO NE.

CONTROVERSIA I.

Quid sit Locatio & Conductio.

SUMMARIUM.

Locationis Conductiois definitio communis. 431. Emendatur à P. Molina. 432. An merces est sufficiens determinata, si in arbitrium tertii collata esset. 433. An remissa mercede vicietur & resolvatur contractus. 434. An sit universum contra naturam Locationis, translatio domini. 435. Quis dicatur universum Locator, & quis Conductor. 436. C. seq. quidam declarabuntur.



431. Iuris Interpretes communiter ita definunt: quid sit Rei vel Operæ pro certa & nummaria mercede ad usum facta concessio. Verum, illa particula: Nummaria: est controversia, ut videmus. Accuratiū eam definit Harpprecht: quod